1452 Juli 4, ⟨Regensburg⟩.[1] **Nr. 2680**

Ein Teilnehmer der Regensburger Tagfahrt zur Lösung der Böhmenfrage an eine hochgestellte Persönlichkeit.[2] *Er berichtet ausführlich über den Ablauf der Verhandlungen und hebt besonders das Wirken des NvK hervor.*

Kopie (gleichzeitig): Innsbruck, *UB, Hs. 598 f. 16*^{r}. *Zur Hs. (Provenienz Neustift bei Brixen) vgl. Hofer, Briefe 113-117.*[3]
Druck: Hofer, Briefe 125f.
Erw.: Hofer, Capestrano 428; Hofer, Briefe 118; Hofer, Kapistran II 141-143; Hallauer, Glaubensgespräch 62-64.

Magnifice domine preceptorque mihi semper honorande.

Cum in dieta Ratisponensi iam per cardinalem et Bohemos habita presens cum fratre Iohanne de Capistrano interfui, caritas atque obediencia, quam erga magnificenciam vestram gero, me ad hoc inducit, ut eidem m.v. de singulis novitatibus per presentia scripta relacionem faciam hoc ordine.

Wie der Empfänger wisse, habe Capistrano zusammen mit den Gesandten der Böhmen die Tagfahrt in Regensburg besucht, wo viele berühmte Persönlichkeiten anwesend waren, im Besonderen der Legat, die Bischöfe von Passau, Freising, Eichstätt und Regensburg, die Fürsten Hz. Ludwig (der Reiche von Bayern), Mgf. Albrecht von Brandenburg-Ansbach sowie viele Prälaten und Adlige. Die vorgenannten Gesandten der Böhmen hätten sowohl den Legaten als auch Capistrano ersucht, nach Prag zu kommen, dicentes velle dare obedienciam sacrosancte ecclesie ac unacum ipsis ad heresum per falsos sacerdotes seminatarum extirpacionem intendere. Ipsi autem cum nullam haberent obedienciam in Praga, illuc proficisci recusarunt. Sed perlibenti animo voluerint ire, si salvos conductos per manus principum dare voluerint.

Eciam responsio re^{mi} domini legati cautissima extitit et breviter hanc conclusionem fecit, quod si Bohemi voluerint acceptare dietam in Egra *(Eger)* ad festum sancti Galli *(16. Oktober)*[4] et antea promittere in eadem dieta se realem obedienciam prestaturos, libenter deinde Pragam voluit accedere. Illi autem responderunt huiusmodi auctoritatem non habere, sed revertentes Pragam ad singula responsa dabunt. Et quoniam a Bohemis celebranda est quedam dieta in festo Assumpcionis virginis Marie *(15. August),* promiserunt et polliciti sunt dare firmum responsum in festo Bartholomei *(24. August),* pro quo et duo cappellani re^{mi} domini legati profecti sunt[5] cum ipsis ad Bohemiam et Moraviam, explorantes a singulis baronibus et civitatibus eorum intencionem, non minus et omnes incitantes cum aliquibus elegantissimis litteris eorum errorem declarativis persuasivisque ad unionem faciendam.[6]

Oratores Bohemorum verba melle dulciora dederunt. Nescio tamen, an ypocrita et simulata quadam fictione, cum in eorum verbis nulla sit spes collocanda vel saltem parva. Quidquid autem futurum sit, experiemur, si antefacta dieta in Egra acceptabitur cum eadem promissione ut supra.

Re^{mus} dominus legatus intendit advocare omnes electores imperii ac insignem prelatorum multitudinem, ut que spoponderint, maius testimonium habeant. Interea frater Iohannes de Capistrano evangelizabit in circuitu visitabitque Nurenbergam[7] ac in primis Ambergam[8] feria secunda heri transacta *(3. Juli)* et vicinas civitates, sperans conficere bonam pacem inter illustrissimum principem marchionem Albertum et Nurenbergenses, cum ipse illustrissimus princeps posuerit in pectore predicti patris Iohannis de Capistrano omnem voluntatem suam.

Transmitto eciam m.v. copiam hic presentibus inclusam, quam dominus legatus ipsis Bohemis sigillatam dedit et secum deferunt ad regnum Bohemie, in qua audietis conclusionem in dieta Ratisponensi factam.[9]

Item, magnifice domine, illa est intencio legati: Quando Bohemi faciunt obedienciam sanctissimo domino et sancte Romane ecclesie, ut speratur, et postea dabunt salvum conductum in forma meliori, tunc statim ipse legatus intrabit regnum Bohemie, ipsis annum iubileum dando. Postea consecrabit sacerdotes, ordinabit episcopos, prepositos, decanos, canonicos, vicarios, abbates ceterosque prelatos et omnia deo adiuvante in pristinum statum quantum reordinabit etc.

---

1) *Der Ausstellungsort wird nicht genannt. Hofer vermutet „Regensburg", jedoch gibt es dafür keine sicheren Anhaltspunkte.*

2) *Hofer, Kapistran II 141 Anm. 211 vermutet („wahrscheinlich") Wenzel von Krumau als Autor, Ulrich von Rosenberg als Empfänger wie oben* Nr. 2657. *Jedoch gibt es für diese Vermutung keine Anhaltspunkte, zumal keine Hinweise auf dieses frühere Schreiben vorhanden sind. Anders auch Hofer, Briefe 118.*

Aus: »Acta Cusana. Quellen zur Lebensgeschichte des Nikolaus von Kues«, Felix Meiner Verlag, Hamburg 2016.
Copyright: CC BY-NC-ND 3.0. Weitere Informationen: www.actacusana.de/copyright.

[3]) *Die Handschrift entstand mit großer Wahrscheinlichkeit ebenfalls in Neustift, worauf f. 16^v-19^r das Gutachten des Dr. Breslawer im Streit mit Johannes Lazano (nicht wie bei Hofer, Briefe 113 „Lazarus“) über die Beachtung des Interdiktes in Tirol 1460/64 hindeutet. Johannes von Capistrano verbrüderte sich 1453 April 11 mit Neustift;* NEUSTIFT, *StiA, XX 52. S. auch Puell, Heiligmäßiger Lebenswandel 40; M. Schrott, Die Conföderationen Neustiftes mit anderen Klöstern. in: Mitteilungen der österreichischen Chorherrenkongregation 4 (1958) 130.*

[4]) *S. dazu auch Hofer, Kapistran II 143, 168f.; Hallauer, Glaubensgespräch 62.*

[5]) *Bisher war nur die Entsendung eines Kaplans (Johannes Dursmid) bekannt. S.o.* Nr. 2664 *und* 2671.

[6]) *S.o.* Nr. 2664.

[7]) *Zum Besuch Capistranos in Nürnberg s. Hofer, Kapistran II 147-161; s. auch* Nr. 2666.

[8]) *S. Hofer, Kapistran II 147, 150.*

[9]) *S.o.* Nr. 2661.

Aus: »Acta Cusana. Quellen zur Lebensgeschichte des Nikolaus von Kues«, Felix Meiner Verlag, Hamburg 2016.
Copyright: CC BY-NC-ND 3.0. Weitere Informationen: www.actacusana.de/copyright.